



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCLVIII. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt die Privilegien des Domcapitels, am 21. März 1358.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

et ratas, grata et rata habemus et tenemus ac tenore presentium nostra auctoritate ordinaria approbamus et in dei nomine confirmamus. Et ad majorem cautelam dictorum prepositi et capituli ac evidentiam, fidem, auctoritatem et perpetuam firmitatem totum ipsarum litterarum tenorem de verbo ad verbum ex certa scientia presentibus duximus inferendum, qui talis est: Lodewicus etc. (vgl. No. CCIV. vom Jahre 1329). In evidens testimonium omnium et singulorum premifforum presens scriptum nostri sigilli appensione fecimus roborari. Actum et datum Seyefer, anno domini millesimo CCC. LVIII. die Epyphanie domini, presentibus honorabilibus et discretis viris Henrico Hafelberge in Teltow et Johanne in Buco ac Cristiano in Clostervelde, nostre dyoecesis plebanis ac Ebelino Bardeleven ac Gerekinio Kothen, famulis, aliisque fide dignis.

Nach dem Originale.

CCLVII. Peter Bode versichert eine jährliche Rentenzahlung an das Domcapitel für den Besitz der Pfarre zu Lubas, am 9. Febr. 1358.

Ego Petrus Bodonis ex provisione et institutione honorabilium virorum, dominorum meorum, Thiderici prepositi et capituli ecclesie Brandenburgensis plebanus in Lubas ad ipsos pertinentes eisque ad annuos redditus sex marcarum argenti incorporata, presentibus recognosco, quod dicti domini mei, mihi gratiose facere volentes, eandem ecclesiam mihi annis singulis, quamdiu vixero, ad redditus trium marcarum argenti dimiserunt, quorum medietatem eis in Brandenburg annis singulis in festo beati Martini episcopi et aliam medietatem in festo beate Walpurgis uirginis sponte promitto solvere atque dare, non obstante, quod dominum Johannem, predecessorem meum, quamdiu vixerit, meis tenebo in expensis, cui dicta ecclesia Lubas pro certis redditibus, quos apud eisdem dominos habuit, olim fuit assignata. In hujus mee promissionis testimonium etc. Datum Lubas, anno domini M. CCC. LVIII. IX die Februarii.

Nach einer Copie im ältern Copiarlo.

CCLVIII. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt die Privilegien des Domcapitels, am 21. März 1358.

Noverint universi, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos, Ludowicus Romanus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio etc. ob pie devotionis affectum, quem ecclesie Brandenburg. gerimus, honorabilem virum prepositum et ejus confratres devotos nobis dilectos, nec non eorum bona in nostram defensionem recepimus specialem, volentes, ecclesiam, eos et eorum bona per nos et nostros officiatos quoscunque tueri fideliter et defendi tanquam propria bona nostra. Quare vobis, universis et singulis officiatis nostris, precipimus nostre gratie sub optentu, ut dictam ecclesiam pretextu nostre gratie, ut premittitur, fideliter nostri nomine defendatis contra quoslibet et ei taliter prestatis, quod eam per vos nullatenus in aliquo tallietis nec ab ea nostri nomine quippiam repetatis vel aliquo modo exigatis, et ab aliis malum ipsius machinantibus ipsam ecclesiam in bonis et suis liberta-

tibus fideliter defenſetis. Datum Berlyn, anno domini milleſimo ducentefimo quinquageſimo octavo, feria quarta proxima poſt dominicam: Judica me, deus.

Nach dem Originale.

CCLIX. Der Biſchof Johann von Meißen ſchreibt an den Biſchof von Brandenburg wegen der Wiederbeſetzung des Biſthumes Naumburg, am 16. Mai 1358.

Reverendo in Chriſto patri ac domino, domino Brandenburgeniſi epiſcopo, ſuo in infra ſcripto negotio college, Johannes, dei gratia epiſcopus Miſſnenſis ſalutem et ſinceram in domino karitatem ac mandatis apoſtolicis firmiter obedire. Noveritis, nos litteras reverendi patris, domini Gwydonis Portuenſis et ſancte Rufine epiſcopi, ſacro ſancte Romane eccleſie cardinalis clauſas et ipſius ſigillo ſigillatas recepſiſſe ac ipſas, de ſpeciali commiſſione reverendi patris domini Ludouici electi Halberſtadenſis aperuiſſe, in quibus intercluſi erant articuli, quorum copiam vobis etiam una cum preſentibus tranſmittimus, quarum litterarum tenor per omnia erat talis: Gwydo, miſeratione divina Portuenſis et ſancte Rufine epiſcopus, ſacro ſancte Romane eccleſie cardinalis, venerabilibus patribus, dominis Miſſnenſi et Brandeburgenſi epiſcopis ac electo Halberſtadenſi ſalutem in domino et mandatis noſtris, ymo verius apoſtolicis firmiter obedire. Dudum vacante eccleſia Nuemburgenſi per tranſlacionem venerabilis patris domini Johannis, nunc electi ejuſdem eccleſie ad eccleſiam Luthemuſenſem, expoſitum fuit ſanctiſſimo in Chriſto patri ac domino noſtro, domino Innocentio, divina providentia pape VI^o, quod religioſus vir ſcilicet Burchardus de comitibus de Manſfeld ordinis fratrum minorum eſſet habilis et ydoneus ad predictam eccleſiam in ſpiritualibus et temporalibus gubernandam circumſpectione, ſcientia et potentia amicorum, ipſeque ad eandem eccleſiam nominatus fuit per nonnullos magne auctoritatis viros ac ſignificatus et aſſumptus, quod erat in ſpiritualibus providus et in temporalibus circumſpectus, vite laudabilis et converſationis honeſte ac talis, quod, ſi eidem prouideretur, ſperabatur, verifiſimiliter quod ipſi eccleſie preeſſet ſalubriter et prodeſſet. Ante provisionem vero factam dicto venerabili patri de dicta eccleſia, et poſt tranſlacionem ejuſdem ad eccleſiam Luthemuſenſem eidem domino noſtro pape fuit pluries et frequenter pro parte Rudolphi in eadem eccleſia Nuemburgenſi intruſi ſupplicatum humiliter, quod, cum tempore electionis de ipſo ad dictam eccleſiam Nuemburg, facte munerumque confirmationis et conſecrationis aſſecutorum perenni, tam ipſe, quam eligentes, confirmans et conſecrans, fuerint cujuſcunque reſervationis ipſam eccleſiam concernentis ſancte ſedis apoſtolicę ignari, et eandem factam de dicta eccleſia ignoraverint omnino, ipſeque Rudolphus, ut aſſerebatur, paratus eſſet, ſanctę ſedi apoſtolicę obedire ac in ipſius obedientia vellet vivere et mori et ſponte ſuſcipere penitentiam pro commiſſis delictis, dominus noſter dignaretur eidem de prelibata eccleſia miſericorditer providere, maxime cum per munus conſecrationis per eundem adeptum reputata fuerint vacare beneficia, que antea obtinebat aliſque collata et per ipſos poſſeſſores aſſecuta et ſic cum ad eandem reſreſſum habere non poſſet omni beneficio eccleſiaſtico nunc in antiquitate ſua nudus miſerabiliter remaneret. Inſuper pro parte decani et capituli eccleſie Nuemburgenſis ſupplicatum extitit, petatum et requiſitum, quod in caſu, in quo preſatus dominus noſter papa de huiſmodi eccleſia preſato intruſo providere non vellet, placeret ſanctitati ſue dare licentiam et auctoritatem et eidem pro perſona aliqua ſufficienti et ydonea aſſumenda ad eandem eccleſiam ſupplicandi; tandem preſatus dominus noſter, huiſmodi ſupplicationibus auditis, ſuc-